



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

Canonica Petri Apostoli prima habet Capita .V. Agit in ea gratias Petrus deo, qui per passione[m], sanguinem, & mortem filij, genus saluauit humanum. Et ad recte viuendum, diuersos stratum homines ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

EPITO EX EPI. IACOBI.

desiæ & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini &c. & oratio fidei saluabit infirmum & alleuabit eum dominus, & si in peccatis est dimittentur ei.  
L. Nota de effectu extremæ vnctionis. ¶ Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluamini. Multum valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis &c. L. Nota de fiducia orandi. ¶ Qui conuertit fecerit peccatorē ab errore viæ suæ saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum.

¶ Canonica Petri Apostoli prima habet Capita. V. Agit in ea gratias Petrus deo, qui per passionē, sanguinem, & mortem filij, genus saluauit humanum. Et ad recte viuendum, diuersos statuum homines instruit.

¶ Cap. I.

**B**enedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam & hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcescibilem conseruatam in cælis. Iesum Christum cum non videritis diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis, videntes autem exultabitis læticia inenarrabili & glorificata reportantes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii, perfecti, sperare in eam quæ vobis offertur gratiam non configurati prioribus ignorantia vestræ tenebris, sed secundum eum qui vocauit vos sanctū, & ipsi sancti in oī conuersatiōe sitis. Nō corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana



D. DIONYS. A RICK CART.  
vestra cōuersatione, sed p̄cioso sanguine quasi agni im  
maculati et incontaminati Christi &c. Animas vestras  
castificate in obediētia charitatis; in fraternitatis amo  
re, simplici ex corde diligite inuicem attentius.

Cap. 2.

Deponentes omnem maliciam & omnem dolum & si  
mulationes & inuidias, & detractiones, sicut modo ge  
niti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt  
in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quam dul  
cis est dominus. Ecce ponā in Syon &c. Vobis honor  
credentibus. Vos genus electum, regale sacerdotium,  
gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annunci  
eris eius, q̄ de tenebris vos vocauit in admirabile lumē  
suum. Charissimi obsecro vos tanquam adue  
nas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs  
quæ militār aduersus animam, conuersationem vestrā  
inter gentes habentēs bonam, vt in eo quod detrectant  
de vobis tanquam malefactoribus, ex bonis operibus  
vos cōsiderantes, glorificent deum in die visitationis.  
Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum  
&c. Omnes honorate, fraternitatem diligite &c. Sic  
est voluntas dei vt beneficientes, obmutescere faciat  
imprudentium hominum ignorantiam. Serui subdi  
ti estote in omni timore dom̄inis, non tantum bonis &  
modestis, sed etiam discolis. Hæc est gratia, si propter  
conscientiam dei sustinet quis tristitias patiens intulit.  
Quæ est enim gratia si peccantes & colaphizati suffer  
tis? Si autem beneficientes sustinetis, hæc est gratia apud  
deum. In hoc enim vocati estis. Christus passus est  
pro nob̄, vobis relinquēs exemplū vt sequamini vesti  
gia eius &c. Eratis aliquando sicut oves errantes, sed  
conuersi estis ad pastorem & episcopum animarum ve  
strarum.

Cap. 3.

Oēs vnanimēs, compacientes, fraternitatis amatores  
misericordes, modesti, humiles, nō reddētes malum p̄  
malo, sed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati



EPITOLAE EX EPI. PET. I.

estis. Nota in isto capitulo de decenti ornatu & habitu mulierum. Et quomodo viri feminis compari & cohabitare debent, in textu quaere. Dominum Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea qua in vobis est fide & spe. Quis est qui vobis noceat si boni amulatores fueritis? Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu; degluties mortem ut vitae aeternae efficeremur heredes &c.

Cap. 4.

Christo passo in carne, & vos eadem cogitatione armemini &c. Estote prudentes & vigilate in orationibus. Ante omnia mutua charitatem in vobis continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiae dei. Communicantes Christi passionibus gaudete, ut et in reuelatione gloriae eius gaudeatis. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. Tempus est ut incipiat iudicium a domo dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt euangelio? Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator ubi apperebunt? Qui patiuntur secundum voluntatem dei, fidei creatori commendant animas suas.

Cap. 5.

Seniores obsecro, pascite quod in vobis est gregem dei, praesidentes non coacte sed spontanee secundum deum, non turpis lucri gratia, neque ut dominantes in cleris sed forma gregis facti ex animo, & cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam. Adolescentes subditi estote senioribus. Omnes in inuicem humilitatem insinuantes, quia dominus superbis resistit &c. Humiliamini sub potenti manu dei, ut vos exaltet in tempore visitationis. Quam felicitudinem vestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.



D. DION. A RICK. CAR.

Sobrii estote et vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret, cui resistite in fide. Deus omnis gratia que vocauit vos in aeterna sua gloria in Christo Iesu modicum passus ipse perficiet et confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum Amen. Salutate inuicem in osculo sancto.

¶ Canonica Petri secunda continet Capita .III. Monet in ea Petrus credentes tenere fidei veritatem: notat & damnat haereticorum falsitatem & secundum Christi aduentum describit.

¶ Cap. I.



Is qui coaequalem nobiscum sortiti sunt filii dei, gratia vobis et pax adimpleat in cognitione dei nostri, & c. ut efficiamini diuinae consortes naturae, fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corruptionem. Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. Non indoctas fabulas sequuti, notam vobis facimus domini nostri Iesu Christi virtutem & praescientiam. Accepit enim a deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Non voluntate humana allata est aliquando propheta, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt dei homines.

¶ Cap. 2.

¶ Nota in isto capitulo de testimonio Noe et Loth, quod eis apostolus exhibet. ¶ Si deus angelos peccantibus non pepercit & c. Nouit deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in die iudicii cruciandos reseruare, quod dominationem contemnunt, audaces, sibi placentes, pellic-